

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Teil 1, Druck: Tractatus de efficacia**

[urn:nbn:de:bsz:31-333254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-333254)

*Handwritten notes at the top of the page, including a date 'D. fer. 6. N. 15.' and other illegible text.*

**I**nipit tractatus de efficacia aque benedictae per venerandum magistrum Johannem de turre cremata: sacre theologie profesorem: ordinis predicatorum: tempore concilij Basiliensis compisatus contra petrum anglicum hereticorum defensorem in bohemia.

**Prologus.**

**I**n iunxit mihi nuper paternitas vestra pater: propleuma respondendo magistro Johanni de ragisio pumo bohemos articulo respondenti / per magistrum petrum anglicum propositum: notare cum diligentia annotavi siquidem pater et dñe veneratōis amplissime: nedum propleumatis titulum memorie consignans: verum etiam eiusdem propleumatis latentis ambiguitatis dissolvendo nodulos animū parumper accomodans. quod ve benignissime paternitatis illuminatissime sapientie emendandum offero et supplendum. Cuius quidem propleumatis videlicet **Q**trum aqua benedicta sit maioris efficaciae et virtutis quam sacramentum sensibile altaris. **D**ecisio iuxta presumptum et questum duos complectitur articulos. Quomam aquam benedictam heretici tanquam rem inutilem et nullius virtutis deinde videntur. **D**e cuius institutione ac efficacia virtute per diuersa capitula distributus erit primus. **S**ecundus vero articulus respondebit proposito dubio.

**Capitulum primū De tuna aqua benedicta.**

**T**riplex genus aque benedictae reperio / cuius usum christiane religionis utus deuote amplectitur et obseruat. **P**rima aqua benedicta est que diuinis precibus sacra et benedicitur in dedicatione ecclesie et altaris. de qua fit mentio extra de conse. eccle. vel altaris c. proposuisti: et c. aqua per episcopum benedicta. **S**ecunda aqua benedicta est fontis baptismalis. de qua de conse. di. 3. c. in sabbato sancto pasce et penthecostes. si quis aquam benedictam et consecratam velit in domum suam ad asperersionem recipere ante causimatis infusionem recipiat. **T**ercia aqua benedicta est qua communiter aspergimur in ecclesia: de qua de conse. di. 3. c. Aquam. ubi dicitur. Aquam sale aspsam populis benedicimus ut ea cuncti conspersi sanctificent. **P**rimis duobus generibus aque pretermis de tercio genere: de quo propleuma propositum motum est: nunc sermo habendus est. **E**t quod vniuersiusque rei noticia a quo



nominis sumit exordium: ideo presentis intentionis sermo a quo  
nominis aque benedictae suum inchoabit. Et licet doctores huius  
sacramentalis discretionem non tradiderunt: quia rar<sup>9</sup> de sacra-  
mentalibus inter doctores diffusus est habitus sermo: reputantes  
ea tanquam causas per accidens ad anime sanctificationem. Verumtamen  
diffinitionem huius sacramentalis formando ad similitudinem diffi-  
nitionis sacramenti baptismi. qua secundum hugonem de sancto. vi. dicitur  
Baptismus est aqua diluendis cum mibus sanctificata per verbum  
dei. Ita pariformiter aquam benedictam deservientes dicere pos-  
sumus. Aqua benedicta est sale conspersa pro fugandis demoni-  
bus precum diuinarum verbo exorsata siue sacrata. Que quidem  
descriptio satis conueniens esse videtur: cum omnes causas ex qui-  
bus notitia unius cuiusque rei colligitur amplectitur. Causa quidem  
materialis tangit cum dicitur aqua sale conspersa. Causa formalis  
cum dicitur precum diuinarum verbo. Causa efficiens cum dicitur exorsata  
siue sacrata per ministrum ecclesie. Causa vero finalis cum dicitur  
per fugandis demonibus de quibus in speciali sermo erit in sequentibus.

De aqua benedicta

#### Capitulum Secundum De institutione huius aque

**H**omo quippe uniuersarum viuorum suarum totalitate col-  
lecta in deum ferri debet: ab incommutabili bono scilicet  
deo auersus: diuina iustitia derelictus a dyabolo potentem  
inuasus ita miserabiliter reuidus est ut ne dum dyabolus in eum  
sed in omnia que in hominis usum ueniunt in ipsius nocentem potestatem ac-  
ceperit. ut dicit sanctus thomas in quarto di. vi. Qua ex radice duplex  
impugnationis genus demonis esse circa hominem experimur ab  
interiori. Impugnat liquidem hominem ab interiori: impugnat ab  
exteriori. Et licet huius impugnationis molestia homo iustissime  
grauatur: diuina tamen bonitas humane miserta infirmitati ne dum  
contra peccatorum morbos egrotantium animarum efficaces ecclesie  
sue sancte medicinas in sacris parauit: uerum etiam ad reprimendam  
et arcendam demonis potestatem in aggressu impugnationis sa-  
lubria remedia in quibusdam sacramentalibus in ecclesia sua esse  
disposuit. Inter que doctores theologie exorsismum et aquam be-  
nedictam communi traditione connumerant. Exorsismus quidem  
contra impugnationes dyaboli quas ab interioribus commouet  
ad cuius reprimendam potestatem dicitur esse ordinatus. Non enim

g. b. d. y. d. d.  
r. a. m. p. d.  
p. d. d. d. d.  
p. d. d. d. d.  
p. d. d. d. d.  
p. d. d. d. d.



¶ qui vos spernit me spernit. **E**cce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones / & super omnem virtutez inimici.  
**Q**ue quidez potestas non est solum apostolis dicenda fore donata & non ecclesie: cum Math. xvi. dominus ecclesie sue sancte tante potestatis munus promisit / ut porte inferi non prevalerent adversus eam. **A**mplius autem nulli dubium videtur debz qd huiusmodi utputa aqua benedicta sacerdotum ministerio per ecclesiaz instituta / aliquam sortiatur ex benedictione efficaciam virtutis. qd huius benedictio et si ministerialiter ab homine fit / tamen in dei omnipotentis nomine fit. **C**unqz ille dicatur facere sub cuius nomine et vice fit hec benedictio que verbis celestibus cum invocacione sancte trinitatis fit magis est dicenda benedictio dei qd hominis. **S**im illud Numeri. vi. **I**nvocabunt nomen meum super filios israel / ego autem benedicam eis. **U**bi glosa ordinava dicit. **S**acerdotum est nomen dei invocare. dei autem quod petierit prestare: puta si in lege nature sacerdotes sacramenta dispensationis p voluntatis libito sacramentis visibilibus suam profitebantur fidem que et si non habebant efficaciam ex opere operato: habebant tamen ex fide siue opere operante cum amplius auctoritatis sit sacerdotij nove legis ministerium. **N**ulli dubium quin ecclesia catholica custi sacerdotio sublimata et tante potestatis locupletata munere possit instituire multa sacramentalia: que ex totius ecclesie fide & meritis efficaciam & pfusiozem habebunt virtutis operationem. **C**eterum si aqua expiationis in lege veteri per ministros moysi cinere vituli in se conspersa tante efficacie dicatur fuisse ut populum sanctificaret: quantum magis aqua benedicta in custi nomine divinis precibus non per moysi ministros / sed ihesu custi ministros consecrata. **Q**ui igitur ecclesiam sanctam catholicam amplius dignitatis et potestatis credit esse qd synagogaz incunctanter credere debet hec ecclesie sacramentalia non inania s; ad ea ad qd p ecclesiam deputata veracez & efficacem divinitus continere virtutem. **I**nstituta autem legitur qd in principio nascentis ecclesie. **U**t enim legitur tam in decreto de ase. di. iij. c. aqua sale. **I**n cronica summoz pontificu tam vincencij hystorialis: qd martini fratris sacri ordinis predicatoz. **A**lexander pimus et martino qui sedit in cathedra petri. **A**nno a passione domini. lxxxiiij. fuit primus qui aquam cum sale benedicta instituit: & in habitaculo hominum iussit aspergi. de quo etiam Dugo de sancto victore li. de sacramentis

Quo ipse

inquit. Alexander papa quintus a beato petro instituit ut aqua  
sale benedicet / ad aspergendū populū & habitacula eorū. Illorum  
vtriusq; exemplo quo heliseus propheta sal in aquā misit & misisse legit  
ut condimento hoc fontes amari in dulcedinem verterētur.

Samuel 1. & A. p. p. s. oravit et  
aspexit eos dicens. Quia  
sicut aqua et effunditur in  
profectu dno & dejunctur

**De forma & ministro. Capitulum Quartum.**

**Q**ueruz huius sacramentalis materia quemeter assignata  
est aqua sale conspersa: quae quemetia ex triplia consideratōe  
colligi potest. Primo quidem ex consideratōe finis ad quē di  
cit fuisse instituta. Cuius enim hostis nostrū impugnatōis aggressus  
sit generalis: iuxta illud **Job. vij.** Militia id est pugna est vita hoīs  
sup̄ terrā decuit ut remediū institutū contra dyaboli impugnatōem in  
materia daretur cuius quae facilius ubique terrarū inueniri posset cuius modi  
est aqua & sal. **Secundo** ex consideratōe cause principalis: vnde omnis vir  
tus tam sacramentorum tam sacramentalium emanat. Admiscet igitur sal  
aqua ad significandū coniunctōem verbi dei cuius humana natura ex cuius  
virtute verbi & munere efficacia dependet omnium quibus in ecclesia vti  
mur ad animarū salutē. Siquidem sicut aqua ratione labilitatis humanam  
naturā reseruit. Ita dei filius dei sapientia per salis species designat. Cuius  
propter virtutes seruatiua a corruptōe / mentes enim quas possidet in  
corruptibiliter seruat. tunc ratione virtutis condicendi / nulla enim otem  
platio dulcis: nulla doctrina suavis: nulla denique deo grata opera  
nisi sint diuinae sapientie condimento suffulta. **Unde apud. i. cor. ij.** Pre  
dicamur christum dei virtutes dei sapientiam. **Et glo. ordi. sup̄ illud. iij.**  
**Regū. ij.** Afferte michi vas nouū & mitate in illud sal: dicit ita.  
Sal id est sapientia in vase fictili id est in corpore humano. aquas sanat id  
est populo in dulcedine delectatōis et bonorum operum per culti incarna  
tionem fecundat actus. **Tercio** ex parte similitudinis & represen  
tatōis ad ea quibus dyabolus a mentis domicilio repellitur. con  
uenienter aqua sale conspersa huius sacramentalis materia assi  
gnatur. Duo enim dicuntur expellere peccatū de anima et ita dya  
bolum per peccatū in ea regnantem. videlicet lacrimarū effusio quae  
per aquam intelligitur. & sapor siue effectus celestis sapientie quae salis no  
mine designatur. **De qua sapientia Berni. in sermone super Gañ. ait.**  
**Inuenisti plene sapientiam / si desleas peccata potestate vite. Si**  
**psentis seculi paruipendas. si eterna toto desiderio concupiscas.**  
**Istis quippe duobus mens interius a dyaboli potestate liberat.**

Vnde vnde h. p. Constat quod  
aqua & sal in se sunt  
dulce & salubre & p. p. p.  
h. d. p. p. p. p. p. p. p. p. p.  
admirabilem ad alium h. d. p. p. p.

psentis  
m. p. p. p.

scz dolore p̄teritorz & amore vite celestis: qui secum portat firmi-  
tatez itez non offendendi. In cui⁹ figura Magdalena clauissima  
p̄cessit: & qua lacumante & celesti amore flagrante septem demo-  
nia virtute dominica expulsa legit luce . viij . On Hugo de sancto  
vid. ubi sup̄ sic dicit. **H**ec est autē sanctificatio hui⁹ sacramenti q̄  
aqua significat penitentia de p̄teritis. Sal discretōem & cautelam  
de futuris . q̄ duo si simul misceantur amara consciētia vertitur in  
dulcedinem atq; illusiones & inuestatōes demonuz amplius ei nō  
dominantur: hec ille . Circa illud ibi iste doctor huius auctoritas  
in principio aquaz benedictam nominat sacramentuz / post eut  
sermo: in quo ostendit ut ibi sacramentum pro signo sacramen-  
tali est positum . c . vij . **F**orma vero hui⁹ sacramentalis cōueni-  
enter traditur expressa in verbis preces diuinas continentibus:  
& signo crucis quibus aqua exorāatur & benedicit: ut puta . cum  
dicitur exorāso te creatura aque in nomie dei patris omnipoten-  
tis / et in nomine ihesu cristi filij eius domini nostri + & in virtute  
spiritus sancti — ut fias aqua exorāata ad effugandam omnem  
potestatem inimici / & ipsum inimicum eradicare: & explantare va-  
leas cum angelis suis apostatis per virtutem eiusdem domini no-  
sti ihesu cristi . qui venturus est iudicare viuos & mortuos & secu-  
lum per ignem Amen . **P**ro cuius intellectu notandum q̄ si-  
cut diffinitio debet indicare totū esse rei si fuerit perfecta: ita per  
formā sacramenti siue sacramentalis debet innotescere totū quod  
ad sacramentale pertinet . **P**ertinent autē ad ratōem eius multa .  
videlicet quatuor genera causarū sicut supra patuit . **A**ctus autē  
cum materia tanguntur cum dicitur . Exorāso te creatura aque  
**C**ausa vero p̄ncipalis vnde hoc sacramentale efficacā habz tan-  
gitur cum subditur / in nomie dei patris: et in nomie filij ihesu cu-  
sti domini nostri: et in virtute spūs sancti . **C**eterum quia omnis  
virtus sacramentalium sicut & sacramentoz dependet ex virtute  
passionis cristi: ideo additur crucis assignatio . **S**imilis autē ad quez  
est ordinatuz sacramentale hoc expunitur cum additur / ut fias  
aqua exorāata / ad effugandam omnem potestatem inimici . **E**t  
similis forma verborum tangitur in exorāatione salis / ut patet  
intuenti formalia exorāsmorum **M**inister vero huius sacramen-  
talis quantum ad materiam consecrandam secundum consuetu-  
dinem nunc generaliter obseruatam in ecclesia est sacerdos quod  
in ecclesia colligitur ex isto decreto **A**lexādi pape de consecra.

De forma

De ministro

vi. iij. c. Aquam sale consperfas. diuinis sic pplis benedicimus ut  
ea cuncti aspersi sanctificentur et purificentur: quod hoc et omni-  
bus sacerdotibus faciendum esse mandamus. **Idem ille.** Ecce quod  
benedictionis et sanctificationis huius aque ministerium ipso de-  
creto semel sacerdotibus demandatur

**De effectu et utilitate aque. Capitulum v.**

*Illius de quibus supra  
dicitur multum et habet per se  
et de quibus supra dicitur*

**I**nstitutione / materia / forme ac ministerio huius sacramenti con-  
uenienter ostensa: circa effectum et eius utilitatem iam aliquid vi-  
dendum est. Est siquidem aqua benedicta diuinorum consecras-  
ta sermonum aptitudine / et amplitudine diuine virtutis: mul-  
tum utilis et fructuosa. **Cum primo:** quia si nullius esset virtus  
ut quidam heretici / diuine largitatis beneficijs ingrati damna-  
biliter dogmatisant: frustra in ecclesia fieret: vanaque esset huius be-  
nedictio. **Cum secundo:** quia populi vniuersalis ecclesie toto quasi or-  
be: huiusmodi quasi aque utum cum deuotione obseruans: verba  
ista tam in eius benedictione quam in eius aspersione proferret que effe-  
ctum multiplicem denotant fieri per eas: quod asserere de sancta ec-  
clesia propheta dicit: que in urbibus suis a spiritu sancto credit guber-  
nari. **Cum tertio:** nam aque benedictione efficaciam multa testantur  
miracula varijs exemplorum spatia vulneribus: que mendosa pro-  
fiteu saculegum esset / et blasphemiam diuine virtutis videretur  
sanare. **Est igitur notandum quod multiplex est utilitas siue virtus**  
aque benedictione: put colligitur ex verbis formalibus benedictionis  
huius aque suprapositis: alijsque in sacramentalibus positus. **Atque**  
ex decreto alexandri primi de conse. di. iij. c. Aquam sale consper-  
sam populis benedicimus: ut ea cuncti aspersi sanctificentur et puri-  
ificentur: quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus.  
**Nam si cinis vituli aspersus populum sanctificabat atque mundabat**  
**Et si sale aspersa per heliseum sterilitas aque sanata est:** quanto  
magis precibus sacratis sterilitatem auferet rerum humanarum  
et coinquinatos sanctificat et purgat / et cetera bona multiplicat  
et insidias dyaboli auertit: et a fantastiis versucijs homines defen-  
dit. **Idem ille:** Ex quibus decem effectus aque benedictione colligi  
possunt. **Primus est pfugatio siue ppulsio spiritus immundi / vir-**  
**tus enim diuina que in exorcismis est ad appellendum efficax in-**  
**uestatur demonum hostis nostrum et arcenda.** De qua aug. libro de

*pfugatio ad pulsis spiritus immundi*

*ab omni*

*fi*

simbolo libro pmo. & recitat de cose. di. iiii. c. sicut nostis. **P**ar-  
 uuli exorcisantur ut pellat ab eis dyaboli potestas inimica: in aq̄  
 exorcisata manere creditur ad eundem effectum efficaciam habēs  
**U**nde in sacramentali: exorciso te creatura aque & cetera. sequitur  
 ut fias aqua exorcisata: ad effugandū omnē potestātē inimici hac  
 ratione fideles aqua benedicta aspergunt p̄ua habitacula pie cre-  
 dentes. q̄ ubi cūq̄ fuerit aspersa p̄ muocationem sancti nominis  
 hiesu xpi: omnis inuestatio immundi spiritus ab eis appellatur.  
**U**nde hugo de sancto victore supra dicit. **H**ac igit aqua sanctifi-  
 cata fideles aspergunt: et habitacula fidelium illustrant ab illusione  
 & inuestatione malignorum spirituum: in quo effectu figuratiu potest  
 in sanguine agni pascalis: qui in postibus habitaculorum: ad repelle-  
 dum exterminatorem dei mandato ponebat. **Exodi. xij.** **U**nde  
 magister wilhelmus durandi in rationali diuinoz officioz ita di-  
 cit. **S**acerdos aqua benedicta altare: ecclesiam et populū aspergit:  
 ut omnis immundoz spurcicia tam de habitaculo q̄ de cordibus fi-  
 delium appellat. **V**irtus aque benedictę inest & etiā q̄a nouus xp̄ia-  
 noruz populus baptismatis sacramēto renatus: ita misterio aq̄  
 iota renatoruz corpora munit: sicut sanguis agni presto populo  
 ad repellendum percussorem in postibus ponebatur: hanc arbitror  
 fore causam: cur dyabolus mētibus hereticoz huiusmodi sacramē-  
 talis virtutis ita specialiter fidem extinguit: videlicet p̄ infidelitatis  
 errorem ac xp̄iane religionis armatura neglecta: qua ei⁹ impug-  
 nationis aggressus rep̄imit & arcetur liberius. **S**ecundus  
 effectus aque benedictę sequentez dep̄det ex primo: & est mētis  
 purificatio a fantastiis perturbate illusionibus. **S**olet enim de mō  
 ut dicit beatus **Aug⁹** per omnes aditus sensibiles rezz diuersaz  
 speciez humanas pulsare mētēs & perturbare. quo asperione aq̄  
 benedictę p̄fugato: mens ab illis fantasiis expurgat & purificat  
**D**e quo in p̄fato decreto dicit: & insidias dyaboli auertit: & a fan-  
 tastiis versucijs homines defendit. **E**t in sacramentali exorcisa-  
 tione salis admiscendi dicitur. ut efficiat sal exorcisatus in salu-  
 tem crecentium: ut sis omnibus te sumentib⁹ sanctas anime et cor-  
 poris: et effugiat atq̄ abscedat ab eo loco quo aspersus fueris  
 omnis fatasia vel neq̄a vel versucia dyabolice fraudis. omisq̄ spi-  
 rit⁹ immund⁹ adiurat⁹ hec ibi. **C**eter⁹ effect⁹ dep̄det ex p̄mis-  
 sis: & est reuocatio siue reducio cordis: ad se: terrens affectibus  
 siue sollicitudinibus distracti: dispersiq̄. **U**este quicq̄m **Beda.**

*propter asperitatem perturbate mētis illusionibus*

*Reuocatio cordis ad terrens affectibus*



teste **V**saac abbate in coll. s. p. orantibus nobis maxime insiōiā  
patet clauissime pluumum cōferre vtilitatis huius aque asperfo  
orantibus. Ceterū hoc idē colligitur ex alijs eiusdem aque asq  
natis effectus scilicet .ij. .ij. et quarto : quam vero cōmoda sunt  
orationi purificatio mentis a fantastiis illusiombus et cordis ab  
exterioribus ad interiora reuocatio et ipsa peccatorum venialium  
remissio facile quisq; nouit. Quā obrem communiter chustiane  
religionis habet deuotio ante oratorium in ingressu ecclesie asp  
soru aq benedictē ut diuina sibi collata virtute pulsatis fanta  
siarum umbrabilibus figmentis anim⁹ ab omni discursu ⁊ lubu  
ca uagatione quietus abilior fiat ad uolatus celestes. In cui⁹ fi  
gura in ueteri testamento immūdos tēplū nō ingrediat nisi aq  
expiatōis asplus. **N**umeu .xviij. vnde **D**ug. de sancto vic. ubi  
supra. Nos itaq; per singulos dies dñicos diuertētes aq ⁊ sal sil  
miscendo benedicimus ut hac asperione fideles et habitacula fide  
lium contra spirituales neq̄as muniamus. **S**ext⁹ effectus ē  
utilitas ad peragendū deuoti⁹ i ecclesia misteria diuina ⁊ post ad  
suscipiendum ea sacramenta: huius enim utilitas ex predictis col  
ligitur de qua dicit sanct⁹ **C**ho. i. iij. di. ij. **N**q̄ benedicta ualz cō  
tra omne qd̄ sacramentorū effectū potest impedire. **D**ec ille hac  
ratione arbitror asperionem aque benedictē nedum hominū sed  
etiā altarum in ecclesia esse practicatam. **N**am altari necesse est  
quid ibi consecrandum est ut inde omnium malignorū spirituum  
arceatur presētia. **S**eptimus effectus est sterilitatis ablatio  
siue remotio in humanis rebus et ita promotio fecunditatis siue  
prol habende. **S**icut recolende memorie magister uincētius in  
sermōibus exemplificabat siue aliarum rerū de quo effectū in p̄  
nominato **A**lexandri primi decreto ita dicitur. **E**t si sale asplō  
per helizeum sterilitas aque sanata ē : quantomagis precibus sa  
cus sterilitatem aufert humanarum rerum hec ille. **O**ctauus ef  
fectus est uirt⁹ uertatis ad rerum temporalium ueluti frugū ⁊  
similiū multiplicatiōē iste dependet ex precedentī sicut effectus ex  
causa quia fecunditatem uertitas sequitur : de quo effectū in preli  
bato decreto dicitur. **C**oinq̄natos sanctificat et purgat et cetera  
bona multiplicat hec ille. **N**onus effectus est salutare munimē  
contra egutudines. **U**alere enī creditur ad salutē anime ⁊ cor  
poris fidelium. vnde sacramentali tali precum diuina forma pie  
tatis **M**aiestatē i huius aque benedictione sancta ecclesia exorat.



scz ex fide ecclesie p modū meriti orōis & suffragij **O**pe dico ope  
rāte toti⁹ ecclesie: et nō ex solo feruore & deuotōe utentū. **N**ō  
dicit petr⁹ de palude in q̄rto. **N**ō ē p̄cipuēda fides toti⁹ ecclesie  
meritū ei⁹ & p̄ces ei⁹ sic nec ista sacramēta p ecclesiam instituta  
**N**ō q̄ntū plus valet fides meritū & oratio toti⁹ ecclesie q̄ om⁹  
p̄sone: tantū p̄cellūt iste generales ceremonie toti⁹ ecclesie: que  
nō sine inspiratōe dei inuēte sunt singula b⁹ deuotiomb⁹ singula  
loz. **Q**ua ex re apte colligit̄ q̄nta erroris caligine inuoluantur  
heretici: q̄ p̄uas adinuentōnes p̄ferūt sancte matris ecclesie in-  
stituta. **A**li⁹ mod⁹ dicēdi ē: q̄ ex ope opato: & iste mod⁹ dicē  
di subdiuidit̄. **Q**uidā enim dicūt ex ope opato: nō q̄ aliq̄ v̄tute  
naturali vel sup̄naturali inexistēte subiecte: s̄ ex v̄tute diuina. ex de-  
creto siue pacto diuine misericordie assistēte aqua b̄n̄dicta tales ef-  
fectus efficit. **E**t si querit̄ ab istis vbi in sacra scriptura reperit̄  
q̄ tale d⁹ pep̄gerit cū ecclesia aut cōstituerat decretū. responde-  
tur q̄ ibi vbi dñs inq̄t luce. x. **Q**ui vos audit me audit: ecce dedi  
vob̄ potestātē calcādi sup̄ omēz v̄tutē inna: hāc eccie sue sancte  
dedit potestātē: vt q̄n diceret illud qd̄ p̄ eū ad hoc institutū ē d⁹  
faciet illud v̄tputa arceat demōes vel hui⁹modi. **A**lij vero dicūt  
q̄ v̄tute sup̄naturali diuina inexistēte hoc efficit aq̄ b̄n̄dicta: licet hec  
v̄tus nō sit tāta quā in sacramētis q̄ sit sufficiens dispositō ad grāz  
**Q**uantū vero ad effectū q̄ est deletio peccatoz venialiu⁹. **D**ec ē  
sentētia alberti magni & sancti thome. **E**t alioz multoz doctoz  
q̄ opat̄ p̄ modū meriti inquantū excitat motū voluntatis: p̄ quē  
fit peccatoz remissio. **S**c̄d̄s aut̄ mod⁹ dicēdi videt̄ esse durandi  
i q̄rto: v̄z q̄a cū pace oīm & sub v̄nitatē p̄sentē p̄posui determina-  
re articulū: p̄termis̄sa ampliori hōz modoz dicēdi p̄babilitatis  
cōp̄atiōe: cū v̄tq̄ sit satis p̄babilis: & habeat magne auctoritat̄  
viros legētis arbitrio: in illos dicēdi modos lectōz cōmitto: q̄a  
q̄cunq̄ illoz electio p̄missa in sue veritatis robore manēt solidas-  
ta. **Q**uibus omnibus hoc adiiciendū est. q̄ vt inq̄t sanctus tho. in  
q̄rto di. xij. **Q** cū apponit̄ aqua nō benedicta ad benedictā totū  
efficit benedictū. **V**irtus enim acq̄sita aq̄ ex b̄n̄dictōe p̄uenit ad  
aquā additā: magis enī dignū trahit ad se minus dignuz. **V**erū  
tñ hugo sup̄ q̄rto dicit sic: q̄ b̄n̄dictio aque fuit instituta: vt aq̄  
si addit̄ in debita q̄ntitate aque b̄n̄dicte in tota fit benedicta  
**C**apitulum xij. ostendens q̄ aqua benedicta non est sacramē-  
tum sed sacramentale

**Q**uoniam supradicten<sup>9</sup> consideranti sacramenti diffinitionem  
quā magister sententia<sup>z</sup> in .2. di. 1. sacramentū diffini-  
ens ita loquit. Sacramentū est sacre rei signū fortas-  
sis videri poterit p̄termissis consideratis sacramēti diffinitionem com-  
petere aque b̄ndicte p̄sertim cū ad sacramentū noue legis n̄ ali-  
ud exigi videat nisi qd̄ significet & efficiat. Et dicēte Augustino  
li. de doct. cu. Sacramentū est inuisibilis gratia visibilis forma:  
itaq; ut exponit magister ut similitudinez gerat & causa existat.  
Que oīa aque b̄ndicte ouerite quis p̄t arguere intuens eaz ha-  
beu in ecclesia in signū rei sacre. et ut p̄libata oñdunt multiplica-  
tis efficacā ideo ouerites iudicauit ut noster tractatulus p̄ oīa im-  
pturbato sine claudat assignata differētia sacramentaliū a sacra-  
mentis oñdere q̄ nō obstantib<sup>9</sup> aū didis / aq̄ b̄ndicta nō sit sacra-  
mentū. Notandū igit q̄ d̄rā sacramentaliū a sacramētis ex qua  
dupliā ratōe accipi p̄t. ut ex varijs locis sancti doctoris colli-  
gere valui. Primo ex pte institutōis quōz sacramēta ip̄a a xp̄o  
ihu immediate sunt instituta q̄ cum sint legis fundamentū nō nisi  
a legislatore a quo lex robur accepit & virtutem institui possunt  
ut m. iij. parte sanctus tho. docuat. Sacramētalia ab ecclesia se-  
pe p̄ summos pontifices siue p̄ generalia sacra capitula sunt insti-  
tuta ut sup̄ in capitulo diffusio & p̄mone declaratū est. Sc̄da dif-  
ferentia sumit ex pte significatōis. Pro quo notandū q̄ cū sacra-  
mentū s̄m p̄uetatē vocabuli videt importare sanctitatē actiue ut  
dicat sacramentū a sacraōe siue q̄ aliq̄d sacrat non q̄libet signū  
dicat sacramentū s̄ illud qd̄ est signū sacre rei actiue id ē sacraōis  
sanctificatis sumēs sacramentū. Ex quibus colligit̄ duo esse ne-  
cessaria q̄ aliqua signa p̄ue dicant esse sacramenta. Primo q̄ si-  
gnificet rem sacra quā p̄fectōez sanctitatis hūane importat ratō  
ne illius q̄ dispositōem ad sanctitatē significat & nō ip̄am sanctita-  
tem non dicunt sacramentū sed dici possunt sacramentalia. Unde  
sanct<sup>9</sup> tho. in .3. parte .q. 6. ar. 2. dicit Qz res denominatur  
a fine & completō. dispositio aut̄ non est finis s̄ ip̄a p̄fectio: et  
ideo que significant p̄fectiōem sanctitatis ad sanctitatem nō dicun-  
tur sacramenta / sed sola illa sacramentalia sunt: ut aqua benedi-  
cta & huiū: h̄c ille. Secundū necessarium ad p̄fectā rationem sa-  
cramentū est q̄ tale signū aliquo modo sit causa sacre rei signifi-  
catua & hac ratōe sacramēta veteris legis nō debēt dici sacramē-  
ta p̄ue s̄ signa vel s̄m qd̄ sacramēta qz non efficiūt qd̄ figurant.

Sac̄ h̄c aqua b̄ndicta & d̄p̄ent

ut dicit magister in .q. di. 6. Tercia assignat differentia sacramē-  
taliū a sacramētis ex pte effectū .q. ut dicit sanctus thomas in .3. di.  
6. Sacramēta noue legis hnt effectū in offerendo grām q̄ pfecte  
morbo subuenit contra quē effectū sacramētū ordinat. Sed sa-  
cramēta hnt effectū in remouēdo contrarias dispositōes vel im-  
peditōes gratie: hęc ille. Ecce clara orā. **O**n̄ idēz doctor de bñdi-  
cta aqua ad nostrū ppositū ita loquit in .q. di. 2. Aqua bñdicta  
nō directe ordinat ad remediūz p̄standū s; ad remouendū p̄hi-  
bens. **O**n̄ datur contra demōnū nequitas et venialia et omne qd̄  
sacramētoꝝ effectū impedire pōt. et ppter hoc nō est sacramētūz  
qz remouēs p̄hibens est agēs p accidens: s; est sacramētale quasi  
quedā dispositio ad sacramēta: hęc ille. Quarta differentia pōt  
assignari s̄m̄ supius dicta in .vi. c. ex pte modi opatōis siue effi-  
cientie .qz sacramēta noue legis ex ope opato suos opant effectū  
Sacramēta vero s̄m̄ oppinōnē cōmuniōrez ex ope operante.  
Et ita patet clauissime differentia sacramētaliūz a sacramētis si-  
ue sacramētoꝝ a sacramētalibus. Quibus applicatis ad nostrū  
ppositū euidenter colligit qd̄ aqua bñdicta sit sacramētale et non  
sacramētū qd̄ erat in hoc vlti. c. declarandū. Et ab aliquo docto-  
re vocat sacramētū: sicut a **D**ugone de sancto vid. li. de sacra-  
mentis qui loquēdo de aqua bñdicta ita dicit. **N**ec est aut sanctifi-  
catio huius sacramēti qd̄ aqua penitentiāz significat. **I**bi sacramen-  
tum capit largissime p eo qd̄ est signum qualitercūq; sacre et non  
pprie sacramētū put ad p̄ns opusculi de aqua bñdicta finez con-  
stituto: cū spe diuini auxiliij diuigēdus ē sermo ad materiam questū.

**S**ecundus articulus. **D**e virtute.

**Q**uāvis visus est de virtute aq̄ bñdictę q̄ p̄ hypothēsim p̄ple-  
matis dabat̄ intelligi. **N**ūc ad materiam q̄stū nrā p̄cedit  
cōsideratio. **C**um autē q̄rit̄ an aq̄ bñdicta sit maioris virtu-  
tis q̄ elemētale sacramētū altius spēs ip̄as sensibiles s̄m̄ se di-  
stincte doctores cōnumerāt extra rez otentā et signatā dicētes trā  
esse in sacramento eucāstie: scz illud qd̄ ē sacramētū tantū vicz  
spēs panis et vini et illud qd̄ ē sacramētū et res scz corp⁹ xp̄i ve-  
ruz et illud qd̄ est res tantū vicz ip̄a vnitas corp̄is mistiā. **N**o-  
no p̄mo vnaz talem p̄positōem tanq̄ fundamentū r̄n̄sionis et ve-  
ritatis q̄ est ista. **Q**uod species p̄dicte sacramētales secunduz se  
hoc est circūscripto corp̄e xp̄i vero nullaz virtutē speciales nec  
efficaciā causalitatis cui⁹cūq; effectū in aīa suscipiētis sacramētū.

Cuius propositio vitas ex multis doctorum auctoritatibus sententiis et  
rationibus colligit. **P**rimo quod ex illo magistro sententiarum in quarto  
di. viij. ca. vi. ita dicitur. **N**unc quod ibi sacramentum sit et quod res vi  
deamur. sacramentum est invisibilis gratie visibilis forma. **F**orma igitur que  
ibi videtur sacramentum id est signum sacre rei est. et quasi in medio caplo  
concludit sic. **S**unt igitur hec tua dicenda. unum quod est sacramentum tantum.  
alterum quod est sacramentum et res. tertium quod est res et non sacramentum. hec  
ille. **E**cce quod dicit magister sententiarum: cuius etiam sententie quasi in eisdem  
verbis est hugo de san. vi. li. de sacra. quod species sunt tantum sacramentum  
id est signum rei sacre: sed quod est signum tantum sacre rei secundum se aut in se nul  
lam habet virtutem. igitur videtur quod species ille secundum se nullam specialem habeat  
efficaciam: christi vero corpore circumscripto. **I**tem idem ponit albertus ma  
gnus in tractatu de officio missae. ubi posita illa distinctione tuum exi  
stentium in hoc sacramento dicit: quod species ille significat et non causat ali  
quid. **T**unc arguitur sic. species ille secundum se nihil causat igitur nullam habet  
virtutem. consequentia est manifesta. quia alias frustra virtus illa esset col  
lata species. quia enim omnis potentia et omnis virtus activa dicitur ad aliquem  
actum ordinari. frustra autem dicitur aliquid virtus vel potentia que non  
reducit ad aliquem actum. **I**tem idem albertus in quarto sen. di. viij. arguit  
contra dictum magistrum sententiarum suppositum: videlicet quod panis et vinum dicitur  
sacramentum. ita dicens omne sacramentum efficit quod figurat. sed  
illud quod est sacramentum tantum in eucharistia non efficit id quod figu  
rat. **I**gitur videtur quod id quod est signum vel sacramentum tantum ut in litera  
dicitur non est sacramentum nove legis tantum ad minus ei. **E**t respondens idem  
albertus ita cum dicebat in argumeto. quod species nihil efficit concedit  
dicens. non oportet quod species materialis sit effectiva sed significativa.  
**I**dem ille. **I**tem ad idem est san. tho. in quarto di. viij. ar. i. ita dicens.  
**S**icut ad species aliorum sacramentorum se habet virtus que interius est que  
significatio acquiritur ex quo sacramentum efficit secundum hugonem. ita in hoc  
sacramento se habet ipsum corpus christi: quod per consecrationem sub speciebus  
illis est. unde sicut in alijs sacramentis materiale elementum non est causa  
virtutis que in ipso est. nec aliquid spiritualis effectus in homine nisi quasi mediate  
virtute secundum quod ex elemento et virtute unum efficit: ita et in hoc sacrame  
to species non sunt causa corporis christi: nec aliquid effectus in anima spiritualis  
nec mediate corpore christi sit unum sacramentum hec ille. **I**tem idem san.  
tho. in tertia parte q. viij. ar. i. in solutione secundi argumeti eodem senten  
tie. et sub tali forma verborum sic loquens. sicut enim se habet virtus spiritus sancti  
ad aquam baptismi. ita se habet corpus christi ad species panis et vini unum

spēs panis et vini nō efficiūt aliqd / nisi v̄tute corporis xp̄i veri.  
hec ille. Ex quo manifeste apparet ex horz doctoz dictis q̄ ipse  
spēs sacramētales xp̄i corpe arcūscripte nullā penit⁹ habēt v̄tus  
tem siue efficaciam ad opandū quencūq; effectū spūales i anima  
Ista etiam ē sentētia omnīū doctoz theologoz q̄a viderim dicē  
tium i hac parte nihil p se causare i ania. s̄ ratōe significati ⁊ otē  
ti scz corporis xp̄i veri. Ad idē pōt sic argui. frustra ponit in sacra  
mento v̄tus p̄ticularis: vbi p̄ncipalit̄ est fontana v̄tus a qua de  
pendent p̄ncipalit̄ omēs p̄ticularēs v̄tutes sacramētales patet d̄  
se: sed i hoc sacramēto est fōtana virt⁹ p̄ma scz ih̄s xp̄s. igit̄ pre  
ter ip̄m xp̄m contentū sub illis sp̄eb⁹ nō est dicendo a aliq̄ virt⁹  
p̄ticularis: illa enī esset sup̄flua. imo ponere talē v̄tutem in sp̄eb⁹  
illis p̄ter ip̄am fontanā v̄tutē p̄ncipalit̄ existentē est dicere xp̄m  
sub sp̄eb⁹ illis cōtentū nō sufficere ad efficiētiā sacramēti: qd̄ ef  
fet neōū mixt⁹ s̄ etiā p̄fidū. In alijs aut̄ sacramētis vbi nō ē hoc  
mō p̄sens id qd̄ p̄ essentiā ē fontana v̄tus sunt necessarie qd̄a p̄ti  
cipate p̄ticularēs v̄tutes vt ratōz habeant salutis mediāne spi  
ritualis. hoc etiam petit cult⁹ xp̄iane religionis. vt enī tota spēs  
homīs ⁊ mētis deuotio referāt ad rē cōtentā scz dñm ih̄m xp̄m ⁊  
nō ad spēs ip̄as decuit vt p̄ter ip̄m corp⁹ xp̄i veri nulla alia v̄  
tus creata spūalis esset in istis. Quo iā sufficienter p̄bato patz  
p̄pleumatis solutio q̄ in aqua b̄ndicta mō q̄ sup̄dictū est fit aliq̄  
efficacia ad effectus sup̄notatos. ⁊ q̄ in sp̄eb⁹ sacramētalibus  
p̄m se cōsideratis arcūscripto corporis xp̄i vero. nulla sit virt⁹ nul  
la efficacia ad aliquē effectū causandū in ania. patz ⁊ dictis. Ex  
quo patz correlatio q̄ ex ope opato siue ex p̄te ip̄i⁹ sacramēti  
nō est maior v̄tus hui⁹ sacramēti sacratissimi altaris siue efficacie  
sub duab⁹ sp̄ieb⁹ q̄ sub vna specie. Cum enī radix toti⁹ effica  
cie sacramēti nō sit maior: nō plenior: nō p̄fectior sub duab⁹ sp̄e  
ciebus q̄ sub vna: patet q̄ eadem efficacia ex parte sacramēti ē  
in communicantibus sub vna specie vel sub duab⁹. ex parte dico  
sacramēti: quia ex parte cōmunicantiū pōt qñq; aliud cōtingere

Hec sunt reuerendissime pater ⁊ dñe que vestre humilis capella  
nus Johes de turu cremata ad p̄pleuma p̄ magistrū petrum an  
glicum p̄positum / vestre dñationi celeuter annotavi. que vestre  
reuerēdissime pat̄nitatis linne ⁊ correçdōi cū omī reuerētia p̄sento